

Caesar, de bello Gallico, I, 22

1 Prima luce,
2 cum summus mons a Labieno teneretur,
3 ipse ab hostium castris non longius mille et quingentis passibus abesset
4 neque,
5 ut postea ex captivis comperit,
6 aut ipsius adventus aut Labieni cognitus esset,
7 Considius
8 equo admisso
9 ad eum accurrit, dicit
10 montem,
11 quem
12 a Labieno occupari
13 voluerit,
14 ab hostibus teneri:
15 *id se a Gallicis armis atque insignibus cognovisse.*
16 Caesar suas copias in proximum collem subducit, aciem instruit.
17 Labienus,
18 ut erat ei praeceptum a Caesare,
19 ne proelium committeret,
20 nisi ipsius copiae prope hostium castra visae essent,
21 ut undique uno tempore in hostes impetus fieret,
22 monte occupato
23 nostros exspectabat proelioque abstinebat.
24 Multo denique die per exploratores Caesar cognovit
25 et montem a suis teneri et Helvetios castra movisse et Considium
26 timore perterritum,
27 quod non vidisset,

Raum für Notizen

28 pro viso nuntiavisse.

29 Eo die,

30 quo consueverat,

31 intervallo hostes sequitur et milia passuum tria ab eorum castris castra ponit.
